se totos Studiis consecrent: mox autem primoribus, quod dicitur labris gustata, omnem spem abjiciunt: putantes impossibile fore, eos culmen & fastigium Eruditionis attingere posse: adeoque tandem desperatio ista in animis radices agit, ut præ nimia pusillanimitate & diffidentiâ Studiorum cursum non absolvant. Sed videte Leonem! videte, quam animo forti & virili cursum incipit, in incepto pergit, persistit, absolvit, imperium impetrat. Similiter & Vos facetis, Vos omnes & singuli, qui Musarum castra petitis, animo virili & forti in semel incepto Studiorum cursu cum Leone pergatis, persistatis, confidatis, & patienti animo omnes molestias, quæ licet plurimæ obviam veniant, quod sicut fieri solet, devoretis, vigiliæ omnes, lucubrationes omnes superetis, donec tandem ad tutissimum vitæ portum appellere, & in omnes, quæ primò vos circumstetere, molestias, triumfare, victores evadere liceat. Quapropter ut eò metam hanc assequamini, omnes & membra Musarum facti, pusillanimitatem ac diffidentiam, matrem quasi ac pestem omnium malorum fugite, auribus aversamini, dedigne-
mini vultu, cogitatione respuite, in lactescente segete, omnes iterum iterumq; moneo, & sese Studiis consecrare cupiunt, illis putâ pusillanimitatem ac diffidentiam, opprimite, & modis quibuscunque potestis, ne contagio illarum pluves corruptura fores proserpere latius agmine facto, grassariq; possit, obsistite, resistite. Quod ut fiat, ὀλοκλήρως

Studiosorum Musarum.

apprecor.

Samuel Pädalt.
Züllichau Silef.